



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXIII. Temulentorum effugium secundum; Ex illo Ioan. 2. Et cum
inebriati fuerint, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

CAPVT XXIII.

Temulentorum effugium secundum ex illo Ioan.

2. *Et cum inebriati fuerint.*

Christus, inquit, in nuptiis Canæ Galileæ, vinum optimum ex aqua produxit, quo, vt Evangelicus textus aperte confirmat, conuiuæ inebriarentur. Cur ergo sit uideò abominanda Ebrietas? cur ita magnoperè homini Christiano fugienda?

Obiectio
secunda.
Ioann. 2.

Responsio.

Aranæ telas hinc textitis, ò Temulenti. Nō legitur ibi Christus vllius Ebrietatis auctor. Omnis homo, inquit Scriptura, primū vinū bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tūc id quod deteri⁹ est. En illud inebriari non ad Christū vllō modo, sed ad alios homines relatiū. Quid hinc ergò causæ tuæ fauoris cōcilias? Deinde, si verbum illud inebriari, in animo tuo scandalī scrupulum gignit, haud magno negotio is eximitur. Noueris itaque, inebriandi verbum, in Scriptura sacra, non semper veram vini Ebrietatem designare, sed sæpenumero sufficientem vini satietatem importare. An hunc explicandi sensum ex meo finxerim cerebro? Iniuria id tibi de me persuades. En D. Ioann. Chrysosto. præclarissimum scripturarum interpretem, apertis verbis id confirmantem. Ebrietatis nomen, charissime, in sacra Scriptura, non vbique de Temulentia dictum est, sed & satietatem significat. Audi Dauid dicentem. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, hoc est, implebuntur. Huic sententiæ suffragatur quoq; Procopius. Inebriari, in sacra scriptura sumitur, pro flagrare, aut incallescere vino, nō autē pro nimio vini excessu. Cōfirmat id Philo Iudæus ex græco

Solutio.

Homil. 28.
in Gen. c. 9.

Commēt.
in Gen. c. 9.

P 3 ver-

Libro de
plantar.
Noë circa
finem.

verbo μεθύειν, quod inebriari significat. Atque hæc eius verba. Constat veteres Ethnicos, post sacrificia solitos, largiori se aliquantulum vino reficere, modicè tamè atque intra Temperantia fines. Ex hoc more, natam aiunt vocem μεθύειν, quasi μετὰ τὸ θύειν — quia post sacra demùm, prisca indulgebant poculis. Et paulò inferiorius: Sunt & quidam qui putant, huic rei non ideo tantum datum illud nomen, quia soleat sequi post sacra, sed potius ἀπὸ τῆς μεθέουσι, id est, a remissione animi. Nam relaxatur rectè sapientium ratio, ad fruendum tranquillitate, hilaritateq; & fit vir sapiens, vino maceratus, seipso suavior. Vident' itaq; tam græcū μεθύειν, quam latinum inebriari, non Temulentiam, sed vini temperatam saturitatem, denotare. Quare & hic aërem verberasti.

CAPVT XXIV.

Ser. 222. de
Temp. qui
est secundus
de Ebrietate
vitanda.
Obiectio
tertia ex
D. Augusti-
ano.

Temulentorum effugium tertium à Dino Augustino reiectum.

Solent, inquit S. Augustinus, Ebriosis ira se excusare, ut dicant, persona potens me coëgit, ut amplius, quam satis est, biberem, & in conuiuio Regis non potui aliud facere. Quasi dicere quis velit; Ergò Ebrietatis culpam non in me, sed eum, à quo ad potum inductus fui, reuice.

Responsio.

Solutio ex
eodem D.
August.

Ad excusandas excusationes in peccatis, inquit Augustinus, ista prætendimus, & quod implere nolumus, non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra; & non posse prætenditur. Etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: aut bibas aut morieris; Melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per Ebrietatē anima moreretur.

sed